



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Cur Societatem Iesv inscribi voluerit. 147

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

pauper lectulus ; in idem victus
tenuis, itaque modicus, vt cœnâ
esse negares. Operam libens po-
nebat in abiectioribus obsequijs;
ægrorum præsertim lectulos ster-
nere; & quoties de controuersia
non planè liquebat, facilis in al-
terius sententiâ abire. Ita quam-
uis supra ceteros esset, omnibus
tamen æquare se, infraque infi-
mos ducere, non simulata man-
suetudine solebat. 146 Traden-
tem pueris Christiana fortè rudi-
menta, obseruarat adolescentu-
lus, minùs Italicè loqui: confe-
stim admonet, cautiùs puriusque
assuescat. Ille intempestiuo ado-
lescentis officio nihil offensus,
laudare studium, atque ordine id
eum fecisse dicere; pergeret verò,
suasque in Itala lingua mendas
obseruatè numeraret; se ea, quæ
moneretur, sedulò correctu-
rum. 147 Magnū in primis mo-

destiæ argumētum fuit, cum tan-
 to opere desiderauit Societatem
 à IESV nominari; idque cum eam
 ob caussam, de qua supra docui-
 mus: tum vero etiam, vt ne suum
 illi Nomen præfigeretur: neue sui
 aliqua haberi mētio posset. Qua-
 re & familiam hanc MINIMAM ap-
 pellari: & tales sibi ipsis videri so-
 cios cupiebat. Quo eodē spectat,
 cum toties, tamque seriò pugna-
 uit, vt ne vniuersæ Societati præ-
 ficeretur: donec tandem iniecta
 religione ad prouinciam fuit ac-
 cipiendam coactus. Quanquam
 ne tum quidē ambitiosè retinuit.
 Nam vocato Patrum grauiorum
 cœtu, in annum CIO. IO. L. ingres-
 sus de se cōqueri: indubiè explo-
 ratum haberi, nulli se parti eius
 muneris, quod gereret, parē esse.
 Atq; in eam rem, Deum testatus,
 laborauit prouinciâ abire. Nos
 vero quibus familiariter vteba-
 tur, ita

tu
 le
 gi
 ef
 tu
 te
 co
 al
 vn
 fa
 do
 eff
 ad
 M
 mi
 lis
 nu
 for
 pa
 ue
 co
 hæ
 se
 rit

tur, ita omnibus eum rebus pol-
lere sciebamus, vt magnis Reli-
gionum ductoribus documentū
esse crederemus. Ita nihil adeo
tum, ac ne postea quidē, re sæpius
tentata profecit: quod obstinato
consilio Patres respōderent, nulli
alteri, donec viueret IGNATIVS,
vniuersam rem permissuros. Ibi
falsus est mihi, se, cum nulli rei i-
doneus sit, impedimento tamen
esse, ne quis melior prouinciam
administret. 148 Ab hac IGNATII
Modestia, multæ aliæ primi no-
minis virtutes pullulârunt. Qua-
lis erat, qua se ipse, resque homi-
num fluxas despiceret: tum qua
fortiter laboribus occurrere; ac
patientiæ laudem, inter tam ad-
uersa infestaque tempora, ferre
conspiciebatur. Nimirum animi
hæc demissio est, solatijs indignū
se esse reputare; nec vllis imme-
ritò ærumpis lacessi: sed quanto

G 5

plura